

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum  
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

XVII. S. Antonius Abbas. Beatus Vir, qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Jac. 1. v. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](#)

## S. Antonius Abbas.

*Beatus Vir, qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit,  
accipiet coronam vite, quam reprobavit DEUS diligentibus sc.  
Jac. I. v. 12.*

1. Considera, quæ sit causa, ob  
quam DEUS permittit, ut ad-  
versum te armetur dæmon, ut tibi ad-  
versa contingat, tribulationes acci-  
dant, quæ non est alia nisi ut pericu-  
lum faciat, an ames? facile profiteris  
amorem, cùm omnia ex voto fluunt.  
Sed veni tantisper sub incudem, illam,  
inquam, internam repugnantiam sen-  
sus, illam infirmitatem, illam igno-  
miniam, illam desolationem, ecce!  
quæ sis diversus ab illo. An ignoras  
dæmonem ludibrio habuisse virtutem  
ipsius Job, donec fuit experimentis  
probata? Tuam igitur quomodo æ-  
stimabis? sine illam exerceri à Domi-  
no. Quid facies? nunc tempus est  
probationis: *militia est vita hominis  
super terram*, vel, ut septuaginta le-  
gunt, *Tentatio*. Quæ forcè causa est,  
cur non dicatur: *Beatus vir, qui suf-  
fert temptationes, sed temptationem*. Nam  
ille revera beatus est, cujus vita est  
perpetua quædam tentatio, qualis illa  
fuit Antonij, hominis, qui inter san-  
ctos meritò dici possit *Vir*.

2. Considera, si firmus stereris in tem-  
ptatione, te beatum fore, quia *Accipies  
coronam vite*. Quæ erit gloria tua,  
cùm Dominus in die solennis corona-  
tionis eam capiti tuo imponeret? Tanta

olim erant certamina pro obtainenda  
coronæ ex Lauro, Apio, pino, quas  
ram celesterit necesse erat marcescere,  
& tu non poteris certare ad obtainen-  
dam *Immarcescibilem coronam gloriae*?  
Idcirco ista *Corona vite* appellatur, ut  
ab illâ differat, quam homines tribu-  
unt, & quæ denique morti subjacent.

3. Considera te securum esse mag-  
næ hujus coronæ. Deesse non potest,  
quia illam tibi promisit DEUS, non  
semel tantum, sed millies, iterumque  
millies: *reprobavit DEUS*. Quæ de  
replena sunt scripturarum oracula.  
Tu Principi credis, cùm ille cursu cer-  
tanti insigne bravium promitteret, eti-  
nunquam videris; & DEO non credit  
si Dominus vel semel coronam illam  
tibi monstrasset, quam destinavit, O  
quantum animi, quantum laetitia ca-  
peret! at ipse pro majore tuo lucro  
non vult, ut illam videoas, sed ut ipsi fi-  
das. Quamquam quid illam mon-  
strari cupis, si nondum elaborata sit?  
Tute illam tibi fabricas. Quanta est  
patientia tua, tanta erit & corona:  
quæ causa est, quare non dicatur:  
Dominus *promisit illam, sed reprobavit*,  
quia non est honorarium do-  
num, sed retributio.